

Q. 6. An sit verosimilis expectatio ulterioris exempli? R. Vix, ac ne vix quidem: docuit nos experientia, quàm difficiles se præbuerint ad renunciationis sic nuncupatum maledictum verbum Papæ, etiam in schismate electi, non obstante promissione juratâ; quos inter Sæcul. XV. Benedictus XIII. de Luna mansit inflexibilis, Gregorius XII., ut à Conc. Pisano depositus, usque ad Conc. Constant. pertinax.

Confortet DEUS nuper in festo S. Cœlestini V. providentiâ divinâ electum Sanctissimum Dominum nostrum Papam CLEMENTEM XIV. de Seraphico Ordine FF. Minorum Conventualium S. Francisci, clarum purpurâ per decennium gestâ, virtute, eruditione literariâ, cautelâ, prudentiâ, moderatione, clariorem: adsit Ei Spiritus S., ut Ecclesiâ Romanam, simul & universalem in præsentî temporum crisi, cujus eam CLEMENS XIII. creator heredem reliquit, absque ullâ renunciationis tentatione, fortiter ac diu gubernet, magnâque Sacerdotium cum sæculari Imperio pro suâ sapientiâ, nostrâque pace, fideliter conciliet.



APPENDIX

ad causam *Bonifacii VIII.*

EXEMPLA

CONSEQUENTIFICINÆ MALIGNÆ,

ex Odorico Raynaldo ad A. C. 1312. num. 13. & 14.

Dum Rex Galliæ, *Philippus* pulcher, saltem post obitum *Bonifacii*, contendebat evertere ejus præteritum Pontificatum, acta rescindere, memoriam abolere, non deerant adulescentes, quibus, ut *hæresin* Pontifici Catholico coram Viennensi Concilio probarent, pestis illa humanitatis, consequentiarum malitiosa artifex, inserviit. Ajebant 1.) *Bonifacius prædicare non erubuit, se magis velle esse canem, vel asinum, quàm GALLICUM: Subsumebant: Hoc non dixisset, si credidisset, GALLICUM habuisse animam immortalem: Concludebant: Ergò non credidit immortalitatem animæ. 2.) Ut magiæ illum convincerent, sic argumentati sunt: Dixit Bonifacius: Quòd si omnes homines in mundo essent ab unâ parte & ego ab aliâ, non possent illi me decipere, nec in jure, nec in factò: Subsumptio:*

sumptio: *Atqui hoc non possēt fieri, nisi ope diabolicā uteretur*: Conclusio: *Ergō habuit auxiliatorem, & consiliarium demonem*. Addiderunt 3.) *idololatriam*. Quare? Pretiosis suis ad Altarium ornatum muneribus ex auro, argentōque effigiem suam inculpi fecit Bonifacius, non alio, inferebant, fine, nisi ut ex arâ & ipse coleretur. Consequentifce maligno, ex dictis, scriptis, factis proximi sic, vel similibus modis, arguente, nihil est scelestius.

I. O. H. D.



Vix, ac no via p...
 nunciacionis sic m...
 non obstante p...
 mandit indelicat...
 Constant, perian...
 vni electum S...
 ico Ordine FF. Min...
 m gellā, virtute, tr...
 rem: adit. Et Sp...
 impotum erit, cu...
 renunciacionis ten...
 tati Imperio pro...
 LIGNE,
 um. 13. & 14.
 obitum Bonifacii...
 arum, acta rescind...
 bus, ut haresin P...
 t, pestis illa human...
 Ajebant i.) Bonif...
 vel asimen, quā G...
 edidisset, GALLIC...
 Ergō non credit...
 acerent, sic argum...
 in mundo essent ad...
 nec in jure, nec in factis...
 sumptio

Lu
 /

1781

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

J. O. B. D.



Fragment of text from the adjacent page on the right, including the words "G.", "no.", "D. GE", "&", "dico", "D. FRI", and "utriu".

